





1596.

1. Galupus, Dionysius: De appellationibus.
2. Grasceus, Paulus: De iustitia et jure, ejusque principis et causis.
3. Schickfusius, Jacobus: De fortitu Dne virtute morali. Disputatio ethica, ex libro Ethicorum Nicomachiorum desumpta.
4. Schickfusius, Jacobus: De castitate. Disp. eth. ex libro eth. Nicomachiorum. . . desumpta.
5. Schickfusius, Jacobus: De temperantia, virtute morali. Disp. eth. ex libro eth. Nicomachiorum. . . desumpta.
- 1597 6. Schickfusius, Jacobus: De veritate virtute morali. Disp. eth. . . ex libro eth. Nicomachiorum. . . desumpta.
1. Grasceus, Paulus: De publicis judiciis.
2. Obrechtus, Georgius: Disputatio feudalis IV ex secundo libro scholarum feudalium desumpta.
3. Obrechtus, Georgius: Disputatio feudalis II ex primo libro scholarum feudalium desumpta.

1597.

4. Spachius, Israel: De somno et vigilia

1600

1. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. II

2. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. III

3. Obrechtus, Georgius: De rei vindicatione p. I

1601.

1. Schlaerus, Johannes: De fidejussoribus.

1604.

1. Gumperti, Dionysius: Quaestiones miscellae, seu  
varius atque juris materiis de promptae

2. Obrechtus, Georgius: De defensione necessaria

1611.

1. Meierus, Tobias: Quaestionum miscellanearum theoreticarum  
practicarum, ex libro I pandectarum juris civilis Romanorum  
partium centuriae duae.

2. Meierus, Tobias: Justinianearum Decarum III sive disputa-  
tionum apologeticarum, juris civilis adserendo gratia  
... oppositarum III

1611.

3. Meierus, Justus: Justinianearum Decarum I sine disputa-  
tionum apologeticarum, juris civilis edicendi gratia,  
oppositarum I.

4. Meierus, Justus: Justinianearum Decarum II sine disputa-  
tionum apologeticarum, juris civilis edicendi gratia,  
oppositarum.

5. Obrechtus, Georgius: De pluribus concurrentibus adici-  
bus.

6. Obrechtus, Georgius: De compensationibus.

1612.

1. Meuthenus, Johannes Michael: Theses juris naturalis  
Munsteri jurisdictionis et imperii materia.

2. Meuthenus, Johannes Michaelis: Quaestiones Dubiae  
ex universae fudorum materia, hinc inde de promp-  
tae atque decisae.

3. Meierus, Justus: Quaestiones juris controversiae

1612.

4. Meierus, Justus: Justinianearum Decas V sive  
diatribarum apologeticarum, juris civilis adserendi  
gratia . . . oppositarum V.
5. Meier, Justus: Justinianearum Decas VI.
6. Meierus, Justus: De actionibus.
7. Meierus, Justus: Justinianearum Decas IV sive dis  
putationum apologeticarum, juris civilis adserendi  
gratia . . . oppositarum IV.

*[Faint handwritten text on the left margin, including words like "erem", "is", and "di"]*







511


IN A  
 CONCLUSIONEM  
 DE AFFILIATIONE  
 IN C

Praefatio

M. SIO GOTTLIEB

ORDINIS





DISPUTATIO ETHICA.  
DE FORTITVDI-  
NE VIRTUTE MORALI EX  
LIBRO ETHICORUM NICOMACHIO-  
rum potissimum Tertio desumpta


1596, 3.

*Quam*  
COELESTI FAVENTE NUMINE  
Autoritate & consensu amplissimi Collegij Phi-  
losophici, in Illustrissimâ Argentoratensium  
Academiâ

SUB PRÆSIDIO  
M. IACOBI SCHICKFVSI SVI-  
BVSSENSIS SILESII.

*defendendam*  
Priuati exercitij gratiâ ad disputandum proposuit  
NICOLAUS BORKOVVSKI  
à Borkovvice, Nobilis Polonus.

*Ad 21. Decembris diem Anni M. D. XCVI.*



ARGENTORATI  
Typis Antoni Bertrami Academiae Typographi.



MAGNIFICO ET GENE-  
ROSO DOMINO,

D. ANDREAE BOR-  
KOVVIO A BORKOVVICE,  
LUBLINENSIS TERRÆ  
NOTARIO.

Domino & Parenti suo summissâ, quâ par est,  
obseruantia colendo. S. D.



*S*apienter, ut in omnibus, ARISTOTELES  
dixisse videtur, amantiſſ. Dn. Parens:  
οὐ γὰρ καλὸν ἔργον οὐτ' ἀνδρὸς, οὔτε πόλεως χωρὶς  
ἀρετῆς, καὶ φρονήσεως. *Vt enim ciuitatis felici-*  
*tas non in mœnibus; non ciuium multitudine; non tor-*  
*mentis bellicis: ita hominis etiam non in voluptatibus;*  
*non honoribus; non opibus: sed virtutum maximè acti-*  
*onibus consistit. Hanc verè ut consequerentur multi,*  
*illud spectarunt unicum: ut mentem doctrinâ eximiâ*  
*excultam, moribus honestis informatam, præclaris fa-*  
*cinoribus exercitatum haberent. Ita SALOMON, ut*  
*in Sacris legimus, ob plurimarum rerum peritiam, inau-*  
*ditamq; sapientiam eiusmodi laudem est & gloriam*  
*consequutus: ut externæ, longeq; dissitæ gentes incredi-*  
*bili cupiditate eum & videndi & audiendi flagrarent.*  
*Eandem meritis est apud Athenienses Aristides; apud*  
*Sparto-*

Spartanos Glaucus; apud Romanos Cato; apud Persas  
Cyrus; apud Macedonas Philippus; eiusq̄, Filius Alexan-  
der & nomine & re magnus. Felicia quis ne regna di-  
ceret, eorumq̄, gubernacula, quibus præfuerunt tales: in-  
felicia, quibus vitiosi & flagitiosi. Inter cæteras autem  
virtutes Regnis & subditis salutare, maximè sese ob-  
fert FORTITUDO, reliquarum omnium propugnatrix  
& conservatrix: eodemq̄, nomine apud maiores eâ vir-  
tute ornati in magnâ fuerunt auctoritate, honore, gra-  
tiâ. Sic Reges Persarum in satellitum Præsidio trecen-  
tos sexaginta quinq̄, Fortissimos juvenes, aliosq̄, viros  
lectissimos habuerunt: Reges Ægyptiorum maximis  
stipendijs viros Fortes aluerunt: Romani Imperatores  
summo honore, amplissimisq̄, præmijs belli duces, ac mi-  
litum Tribunos in virtute hac præstantes adfecerunt.  
Hanc eandem propter Virtutem SARMATIÆ decus,  
Illustris & Magnificus Dominus, Dn. IOANNES  
ZAMOYSCIUS quantâ sit apud exteros in auctorita-  
te, admiratione, gloriâ, noverunt illi, qui cum exteris  
aliquando vixerunt. Et verum illud videtur Aristote-  
licum, ἀρετῆς παντελοῦς οὐκ ἂν γένοιτο ἀξία τιμή. Has motus  
ob causas amantijs. Dn. Parens Virtutis studium eti-  
am diligentius tractare mihi placuit: præsertim cum si-  
ne hoc multi in religionem hæresin invehere, in literas  
barbariem inducere, Rei importare publicæ detrimen-  
tum so-

A 2 tum so-

tum soleant. Quamuis verò ipsa hominis Virtus non in  
præceptis aut nudis hisce disquisitionibus sit sita: tamen  
in his scopum quasi oculis nostris præfixum intuemur:  
quo benè perspecto id, quod expetere nos oportet, facili-  
ùs consequimur. Est præterea studiorum veluti anima  
συζητησις communicatio & collatio: mirè hac ipsâ inge-  
nium acuitur; celeritas & dexteritas in authorum sen-  
tentijs cum percipiendis, tum explicandis acquiritur; ju-  
diciùm de rebus paratur gravissimis; Veritas suâ natu-  
rà obscura indagatur, illustratur, confirmatur. Non est  
igitur, ut & hic varia aliorum extimescam judicia; mi-  
nus eorum hemistichia, qui voluptatibus corrumpuntur;  
otio diffluunt; sunt & sibi dedecori, impedimento alijs.  
Hoc abs te unicum Parens amantiss. maiorem in modum  
peto; ut & hanc disputationem suscipere; eiusdem Pa-  
tronus, ut & studiorum meorum esse digneris: quam  
propterea obtuli, ut amor ergà te meus, observantia, di-  
ligentia adpareat. Benè vale amantiss. Dn. Parens.  
Argentorato xIx. Calend. xbr. Anni clo. Io. xcvi.

T. F.

Obsequentiss.

Nicolaus Borkovvski  
Respondens.

# DISPUTATIONIS ETHI- CÆ DE FORTITVDINE

## THESIS I.

**E**neratim adhuc de virtute in præcedentibus nostris disputationibus egimus, agendum etiã speciãtim nobis erit; siquidem per speciã clarior nobis semper & perspicuior ipsa

a) fiat materia. Virtutes verò aliæ cùm sint ἡθικαί, aliæ b) διανοητικαί, priores ordine pertractabimus; & à Fortitudine initium faciemus.

a) Aristoteles in lib. Categ. c. 5. de Substantiã n. 6. & lib. 2. Ethic. Nicomach. c. 7. b) Arist. lib. 7. Politic. c. 15. & lib. 2. Eudem. c. 1. & lib. 1. Ethic. Nic. c. 13 & lib. 2. ibid. c. 1. & lib. 6. ibid. c. 1.

## II.

Ordinis huius rationes quatuor adferimus. Prima quia circã res Fortitudo c) versatur difficilimas. II. quia eius usus est in rebus maximis. III. quia viri virtus e) propria est. IV. Quia eius actiones maximè f) splendent, suntq; in admiratione omnium.

c) Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 3. περι δὲ τὸ χαλεπότερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται, καὶ ἀρετῆ. e) Cic in 1. Tuscul. f) Plato in Lachete ἢ ἀνδρεία ἐστὶ τῶν καλλίστων. Cicero lib. 1. offic.

## III.

Ipsam verò Fortitudinem dicimus μεσότητι ἀπὸ φόβου καὶ θάρρους; mediocritatem circã metum & fiduciam ut discimus.

lib. 2. Ethic. Nic. c. 7. & lib. 3. ibid. c. 6. & lib. 1. Magnorum M. c. 21. & lib. 3. Eudemiorum c. 1. & lib. 1. Rhetoric. ad Theodect. c. 7. & in lib. de virtutibus c. 20.

## IV.

Metus autem earum rerum est. quæ terrorem incutiunt, &

unt, & malæ sunt. Hinc metus etiã definitur, quod sit  
*πεσοδοκία τῆς ἡ) κακῆς* mali expectatio. Quia verò diver-  
sa sunt mala, metus etiã diversus, & Fortitudinis pro-  
prius aliquis erit.

*h) Aristoteles lib. 3. Ethic. Nic. c. 6. & lib. 4. ibid. c. 9. & lib. 2. Rhe-  
toric. ad Theodect. c. 5. Physicè verò consideratus dicitur κατὰ φύσιν  
αἰὶα ὀλιγαρκείαν, καὶ αἰὶ ἐνδεείαν θερμοσύνος. Arist. in lib. de Respi-  
rat. c. 8. & lib. 4. de part. anim. c. 11. Scal. exerc. 307. 33. p. 990. Bo-  
dinus de Republ. lib. 2. c. 5.*

V.

Sunt enim quædam, quæ timere oportet : hæc si sper-  
nerentur dedecus esset & impudentia. Quædã verò sunt  
neutra, nec decus nec dedecus comparantia, si nimirum  
nostrã culpa non *i)* fuerint accersita. Quædam tandem  
sunt metum in nobis gravissimum concitantia : ut est  
mors, quã nihil horribilius, nihil etiam est acerbius.

*Aristoteles lib. 4. Ethic. Eudem. c. 1. & lib. 1. M. M. c. 21. Et lib. 3. Ni-  
comach. c. 6. i) lib. 2. Rhetor. ad Theodect. c. 8.*

VI.

Et quia virtutis est versari circa *k)* difficillima, iccirco  
ipsa Fortitudo propriè in hoc mortis metu versabitur.

*Aristoteles lib. 2. Nicom. c. 3.*

VII.

Observandum hoc loco illud, in quo mortis genere:  
cum enim aliud *l)* naturale, aliud fortuitum, aliud vio-  
lentum, aliud tandem etiam sit Bellicum, Bellicum viro  
Forti adtribuemus ut pulcerrimum, *m)* ut honestissimã.

*l) Aristoteles lib. de Respirat. c. 7. Zabarella lib. 2. de misti Gen. &  
int. c. 4. E m) Virgil lib. 1. Aeneid. & lib. 2. ibid. & lib. 10. ibid. Ho-  
merus lib. 5. Iliad. & lib. 22.*

VIII.

Ergò colligimus generatim objectum Fortitudinis  
esse *τὸ*



esse τὰ Φοβερά καὶ θαρράλεια: speciatim MORTEM BEL-  
LICAM.

*Arist. lib. 1. Rhetoric. ad Theodect. c. 9.*

IX.

Quæstio hîc non inutilis interponitur; quomodo in  
morbis, alijsq; periculis sese gerere Fortis debeat? dici-  
mus μετρίως, καὶ ἐμμενέως moderatè & constanter: inte-  
rim tamē mortem istam ægrè feret duabus potissimùm  
de causis.

*Aristoteles lib. 3. Ethic. Nic. c. 6. & lib. 1. Magnorum Moralium c. 21.*

X.

Prima: quia uiribus uti in eiusmodi morte non po-  
test. Altera: quia laudem & gloriam ibi sequi & adsequi  
nequit.

*Aristoteles lib. 4. Eudem. c. 1.*

XI.

Τῶν Φοβερῶν antea mentio facta est, consequens hîc  
erit, ut dicamus, quomodo in ijs Fortis occupetur.

XII.

Hæc dicimus duplicia: alia ὑπερ τὸν ἄνθρωπον, quæ con-  
temni ab hominibus nequeunt, ut sunt Meteora: alia  
κατ' ἄνθρωπον, quæ possunt sustineri, & à viro forti con-  
temni: inq; his fortis viri virtus potissimùm elucebit.

*Aristoteles lib. 3. Ethicorum Nicomachi. c. 7.*

XIII.

Eadem ratio τῶν θαρράλειων est fiducialium: ut alia sint  
suprà hominem, ut pote auxilia divina: alia secundum  
hominem, ut subsidia ab hominibus præstita. Vtraque  
verò magnitudine, intensione & remissione differunt.

XIV.

Ex his officia ponimus talia. Primum. Vir Fortis in  
periculis ad eundis est ἀφοβῶς intrepidus: sed ut homo,  
non ut lapis, aut truncus, aut fera.

*Aristo-*

Aristoteles lib. 4. Eudem. c. 1. & lib. 1. Magnorum M. c. 5. & c. 21.  
Imò Beatus talem sese geret; ut pericula & adversitates magno fe-  
rat animo lib. 1. Ethic. Nic. c. 10.

XV.

πρὸς μεσότητι  
τις ἀρετῶν τοιούτων, καὶ ἐπαινετοὶ λεγόμεθα ἡ ἐξίς.  
lib. 1. M. M. c. 8.

Deindè, non temerè quævis adit pericula; sed duntaxat ea, quibus laudem sibi conciliare, alijsq; utilitatem magnam præstare potest: ut Reipubl, Patriæ, libertati, amicis, familiæ.

Arist. lib. 4. Ethic. c. 1. generatim Virtutibus proponit, ut alijs sit utilis.

XVI.

lib. 1. M. M. c. 8.

Tertiò pericula subjt consilio, non perturbatus, non iratus; sed firmo animi propter virtutē ipsam proposito.

Idem Aristoteles lib. 2. Ethic. Nic. c. 4. πρῶτον μὲν εἰς δόξας: ἐπειτα εἰς ἀνπροαιρέτους, καὶ προαιρέτους δι' αὐτὰ τὸ δὲ τρίτον ἢ εἰς βεβαίως, καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πρῶτον & lib. 2. Eudemiorum c. 10. & lib. 1. M. M. c. 4.

XVII.

Quartò tandè omnia faciet τῆ καλῆ ἕνεκα honesti causâ: quod omnium etiàm Virtutum est moralium.

Aristoteles lib. 3. Nicomach. c. 3. ibid. c. 7. & lib. 4. ibid. c. 2. & lib. 7. Ethic. Eudem. c. 15. & lib. 1. M. M. c. 1. ibid. c. 17. & c. 20. & lib. 2. ibid. c. 9. Cicero lib. 3. de finib.

XVIII.

ἀργυροφίλοι μὲν γὰρ δύνανται, καὶ τὸ ἐναντίον θέτουν: τὸ δὲ μέσως ἔχειν χαλεπὸν.

At obijciat aliquis: timere non artis, pericula perferre non est virtutis: quia hæc facere potest etiam quilibet. Siste an faciat quilibet non dubitamus: sed an ita ut fortis, maximè.

Aristoteles lib. 1. Magnorum M. c. 9. & lib. 3. Nic. c. 7. Sic de iusticia pulcer locus est lib. 5. Ethic. Nic. c. 9. questione quintâ. An aliquis faciat iusta facile est, an vero ita, uti decet, difficilimum.

XIX.

His propositis, proponenda Extrema sunt: quorum in excessu unum Audacia ἢ Τερατύτης adpellatur, cui ἀφοβία

ἀφοβία cognata est: alterum in defectu timiditas *δειλία*  
nuncupatur.

*πάσα γὰρ ἀρετὴ μεσότης δύο κακιῶν: τῆς μὲν κατ' ὑπερβολήν; τῆς  
δὲ κατ' ἑλλείψιν. Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 6. & lib. 1. Magnorum M.  
c. 9. & lib. 6. Ethicorum c. 1.*

XX.

Audacia vitium est, quod plus, quam par est confidit:  
*ἡ θρασυτής ἐν τῷ θάρρειν ὑπερβάλλων πρὸς τὰ φοβερά.*  
*Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 2. & 7. & lib. 3. ibid. c. 7. & lib. 1. M. M. c.  
21. & lib. 3. Eudem. c. 1.*

XXI.

Illi qui hoc vitio laborant dicuntur *μαινόμενοι* n) insa-  
ni, dementes: in Rebus publ. o) tranquillis inutiles, utiles  
autem in bello.

*n) lib. 1. Magnorum M. c. 5. & c. 21. & 3. Nicomach. c. 7. o) lib. 2.  
Polic. c. 7.*

XXII.

Concurrit in audaciâ etiam ἀλαζονεία arrogantia,  
quia nimium p) sibi tribuit, ipsam nimirum Fortitudi-  
nem. Etiam timiditas: quia primò alacer, in periculo  
tardus existit: ut Thraso apud Terent. apud Plaut. Glo-  
riosus miles.

*p) Arist. lib. 2. Ethic. c. 7. & lib. 4. c. 7. & lib. 1. Magnorum M. c. 33.  
& lib. 3. Eudem. c. 7.*

XXIII.

Ignavia verò vitium est, quòd metuendo ultrà mo-  
dum progreditur: fidendo modum deserit. *δειλία τῷ  
μὲν φοβείσθαι ὑπερβάλλει, τῷ δὲ θάρρειν ἐλλείπει.*

*Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 7. & lib. 3. ibid. c. 7. & lib. 1. M. M. c. 5 & ibid.  
c. 21. & lib. 3. Eudem. c. 1. & in lib. de virtutibus c. 12. & c. 28.*

XXIV.

Hoc vitium etiam dupliciter quasi peccat: Exceden-  
do, quan-

B

do, quan-

do quando quis nimium metuit; & ita etiã *μαεινόμενον*  
& *ἀνάλημι* dici potest. Deficiendo quando nullis con-  
fidit prædijis, nullis viribus, nullis auxilijs.

*Arist. in 3. lib. Nicomach. c. 7.*

XXV.

*Confecta-* - Ex his omnibus, quæ allata sunt colligimus, Fortem,  
*ria.* audacem, timidum idem habere *ἀνικείμενον* & obie-  
I. ctum,

XXVI.

II. Item hoc, aliter ergã illud adfectum esse Fortem, au-  
dacem aliter, aliter timidum. Hic enim spe destituitur  
omni: ille in præsentibus est temerarius periculis: Fortis  
laudem respicit, virtutem, honestum,

XCVII.

III. Hinc & illud, Fortem dici eum non posse; qui sibi  
ipsi violentas manus infert; potiùs timidum, mollem,  
desperantem.

XXVIII.

Vera Fortitudo quæ sit, adhuc exposita est: placet &  
illam videre, quæ κατ' ὁμοιωτήτα Fortitudo dicitur: illa  
quintuplex sese obfert. I. πολιτικὴ vel νομικὴ, quæ le-  
gibus proponitur: per quam quis Religionem, liberta-  
tem & salutem Patriæ pro viribus ad mortem usq; pro-  
pugnare cogitur.

*Arist. lib. 3. Ethic. Nic. c. 8. & lib Eudem 3. c. 1. & lib. 1. in Magnis M.  
c. 21.*

XXIX.

Et hæc est vel respectu laudum & gloriæ in Periculo  
Patriæ libertatis comparandæ: vel respectu pænarum &  
ignominia in bello summæ necessitatis effugiendæ.

Hæc

## XXX.

Hæc tamen πολιτικὴ vera Fortitudo non dicitur: quia non omninò voluntaria est, quod p) contrà Virtutem existit: quia etiam non honestatem simpliciter spectat; quam virtutes q) semper.

p) Arist. lib. 2 Ethic Nic. c. 4. & lib. 2. Eudemior c. 10. q) Arist. lib. 1. M. M. c. 1. ibid. c. 20. & lib. 2. ibid. c. 9. & lib. 7. Eudem. c. 15. & lib. 3. Nic. c. 7. & lib. 4. ibid. c. 2.

## XXXI.

Altera species non veræ Fortitudinis dicitur ἀνδρεία δια τὴν ἐμπειρίαν seu ἐμπειρικὴ experimentalis. Experientia enim homines reddit animosiores: ut hostium inanes terrores faciliè contemnant & excutiant: ut etiã armis rectius utantur & expeditius.

Arist. lib. 3. Ethic. Nic. c. 8. & lib. 1. Magnorum M. c. 21.

## XXXII.

Comparantur experimentales cum Politicis: quod hi sint in periculo constantiores: illi ad pericula subeunda aptiores, propter eam, quâ instructi sunt, experientiam. Maximùm etiã dedecus esset civibus: si Patrias temerè terras desererent: fugâq; salutem quærerent.

Arist. lib. 3. Eudemior. c. 1.

## XXXIII.

Ἐμπειρικὸς verè Fortes non esse faciliè patet; quia dedecus non pertimescunt: quia fas illis est ubi plurima merces: quia honestatem non curant. Hinc pulcrè quidam Gregis istius descriptionem infert.

Miles homo vanus, plerunq; prophanus, & audax.

Scottator, bibulus, fur, homicida, latro.

## XXXIV.

Tertia species adpellatur ἀνδρεία δια τὴν ὀργὴν seu ὀργιστικὴ Iracunda. Iracundia enim in periculis animum r)

B 2 solet

solet hominibus addere, adq; res agendas impellere. Hinc s) definitur, quædam animositas in periculis ad-  
cundis profecta ex irâ propter vindictæ cupiditatem.

r) Aristoteles lib. 5. Politic. c. 10. s) Arist. lib. 3. Ethic. Nic. c. 8. &  
lib. 1. Magnorum M. c. 21. & lib. 3. Eudemiorum c. 1. & lib. 2. Rhetor-  
ic. ad Theodect. c. 2.

XXXV.

Hic ut verè ὀργιστικὴν à vera Fortitudine discernamus, quatuor causarum genera ab Aristotele t) tradita confi-  
derabimus: & secundùm ea hanc ab illa separabimus.

t) lib. 2. Physic. c. 3. t. 28. & lib. 2. poster. anal. c. 11. t. 11. & lib. α.  
maiore Metaph. c. 3. & lib. A. ibid. c. 2. t. 2. & lib. η. 10. ibid. c. 7.

XXXVI.

Et notan- Vera enim Fortitudo ἐν παρρησίᾳ, ut etiam omnis  
dum illud: v) Virtus: hæc ex dolore, vel x) offensione ortū & incre-  
τῶν ὀργισ- mentum habet. Manifestè igitur differt hæc ab illâ in  
μένων χε- causâ efficiente.

u) Aristoteles lib. 2. Ethic. Nic. c. 4. & lib. 2. Eudemion. c. 10. x) Ari-  
stoteles lib. 2. Rhetor. ad Theodect. c. 2. & lib. 3. Ethic. c. 8.

XXXVII.

In causâ materiali seu subjecto: quod vera Fortitudo  
solùm in bonis, ut omnis a) etiã Virtus; ὀργιστικὴ verò  
ὄυχ ὑπερο- in malis & stultis, immò in b) bestiis etiã locū habeat.

a) Arist. lib. 2. Ethic. Nic. c. 6. D. Augustinus lib. 2. de libero arbit. c.  
19. tom. 1. lib. 1. Rhetor. ad Theodect. c. 6. rectè hinc Aristoteles lib. 7.  
Physicorum c. 3. t. 17. ἢ μὲν ἀρετὴ τελείωσις τις ἐστίν. & ἐστὶν παλαιοῦ-  
γαθία ἀρετὴ τελείος lib. 7. Eudem c. 15. b) 3. lib. Ethic. c. 8.

XXXVIII.

In causâ Formali: quod vera Fortitudo c) modum  
fervet, rectamq; sequatur rationem: hæc rationem ne-  
gligat, adfectibusq; d) obtemperet.

c) Arist. lib. 2. Ethic. c. 6. & lib. 6. ibid. c. 13. & lib. 1. M. M. c. 4 omni-  
bus Virtutibus hoc tribuit d) Arist. lib. 4. Ethic. c. 5. & lib. 7. ibid. c. 6.  
& lib. 3. ibid. c. 2.

In cau-

XXXIX.

In causâ Finali: quod vera Fortitudo, ut & omnis e) virtus, τὸ καλὸν respiciat, ὀργιστικὴν vindictam. f)

e) Arist. lib. 1. Magnorum M. c. 1. ibid. c. 20. & lib. 2. ibid. c. 9. & lib. 7. Eudem. c. 15. & lib. 3. Nic. c. 7. & lib. 4. ibid. c. 2. f) Aristoteles lib. 2. Rhetoric. ad Theodect. c. 2. & lib. 5. Politic. c. 10. & lib. 7. Nic. c. 6.

XL.

Ergò concludimus ὀργιστικὴν veram Fortitudinem nō esse: ad veram tamen reduci posse; si modò περὶ αἰρέσειν ob-  
servet & τὸ καλὸν. Confecta-  
via  
I.

XLI.

Et illud: ὀργιστικοῦς non Fortes sed μαχίμους pugnaces  
potiùs adpellandos. II.

XLII.

Hoc etiàm: μαχίμους antè ultionem dolere, post vic-  
tò gaudere: quod Aristoteles fusiùs III.  
lib. 1. Rhetoric. ad Theodect. c. 11.

XLIII.

Quarta species nominatur ἀνδρεία δια τὴν ἐλπίδα seu  
ἐλπιστικὴ Fiduciaria. Spes enim future victoriæ istis ani-  
mum addit, & propterea audaces sunt; quia læpiùs vice-  
runt: qua frustrati turpiter fugæ se committunt.

Aristoteles lib. 3. Nicomachiorum c. 8. & lib. 1. Magnorum M. c. 21.  
& lib. 3. Eudemior, c. 1.

XLIV.

Et hæc â vera differt Fortitudine: Primò causa effi-  
cente: quic hanc spes victoriæ, veram Fortitudinem boni-  
tas causæ excitat. II. Causa materiali: quia vera For-  
tudo & in prævisis & in repentinis animo est præsentis:  
hæc verò in prævisis solùm periculis. III. Causa For-  
mali: quia vera Fortitudo ad mortem usq; constans est:

B 3 hæc spe



hæc spe frustrata aciem deserit ·IV. Causa Finali: quia  
vera Fortitudo τὸ καλὸν; hæc certam victoriam respicit.  
*Aristoteles in Eudemij's lib. 3. capite 1.*

XLV.

Quinta species ἀνδρεία δια τὴν ἀγνοίαν propter ignoran-  
tiam vocatur. Periculi enim ignorantia animosiores  
reddit tirones & alacriores. Sed ad pugnam cum ventum  
est in Charontis navicula sunt primi; & miserè miseri  
ad Stygias vehuntur paludes.

XLVI.

Cuilibet hinc patet. nec hanc Fortitudinem cum ve-  
ra conuenire: cùm nihil in se dignitatis aut virtutis ha-  
beat.

XLVII.

*Quæstio.* Cum obiectum Fortitudinis sit duplex, quæstio est:  
I. an magis circa τὰ θαρραλέα, an verò magis circa τὰ φοβερά  
Fortitudo occupetur? Posterius adfirmamus: quia est  
longè difficilius. circa difficiliora autē virtus verlabitur.  
*Aristoteles lib. 2. Ethic. Nic. c. 4.*

XLVIII.

II. Hinc & illud quæritur; quomodo Fortis jucunda g)  
sentiat, cum potissimum molestias, & dolores subeat?  
Respondendum, Finem esse actionum jucundissimum:  
actiones autem ad finem pertinentes molestissimas.

g) Omnis enim virtus Moralís in doloribus & voluptatibus occupa-  
tur. *Arist. lib. 2. Ethic. Nicomach. c. 3. & lib. 2. Eudemorum c. 10.*  
& lib. 2. Politic. c. 5. & lib. 7. Physicorum c. 3. t. 19.

XLIX.

III. Tertiò & hoc quæri potest: An vir Fortis etiam dole-  
at, mortemq; timeat, salvo viri Fortis nomine? Respon-  
dendum: timere ipsum mortem: immò magis timere;  
quò plu-



quò pluribus se scit ornatum, quibus per mortem exui-  
tur, virtutibus.

L.

Hinc & ad illam quæstionē patet responsio: cur Mer-  
cenarij milites, vitiorum sentinæ, in bello ita sint strenui?  
Quia mortem non curant, & ne minima ipsis quidem  
auferuntur bona; si vita, si fama, si supellex ab hosti-  
bus.

*Hæc de Fortitudine pro hac συζήσει, eius definitione, obiectis,  
officijs, extremis dixisse sufficiant.*

## ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ

I.

An verè dictum illud sit: immortalem iram ne ser-  
ves, cum mortalis sis? ἀθάνατον ὀργὴν μὴ φύλαττε, θνητὸς  
ᾧ.

*Aristoteles lib. 2. Rhetoric, ad Theodect. c. 21. Adfirmamus.*

II.

Annè Fortis sit is dicendus, qui seipsum interficit aut  
paupertatis, aut amoris, aut alicuius ægritudinis causa?  
Negamus: τῶν οὐκ ἀνδρίου, ἀλλὰ μᾶλλον δυλοῦ: μαλακία  
γὰρ τὸ Φεῦγειν τὰ ἴππινα & c.

*Aristoteles lib. 3. Ethicorum Nicomach. c. 7.*

III.

An probandum illud sit: ἡ ἀνδρεία ἐστὶ τῶν καλλίστων:  
Fortitudinem esse virtutem splendidissimam?

*Plato in Lachete, & Cic. lib. 1. offic. Adfirmamus; & cum Scalige-  
ro ex prisorum sententiâ contrâ C. exerc. 266.*

*p. 808. & exerc. 300. 3.*

*p. 897.*

F I N I S.



IN DISPUTATIONEM DE  
FORTITUDINE

Nobilissimi Dn. NICOLAI BORCKOVII  
carmen.

M. PAULI VIRDVNGI FRANCI

*C*uncta quidem virtus fulvo splendentior auro est,  
Quod seu Pactoli seu vehat vnda Tagi;  
At quemcung, iuvat niti prestante labore,  
Ut fortis clueat dignus honore viri.  
Is, stellas oriens restringit ut atherius Sol,  
Obscurat reliquum, clarior ipse, genus.  
Nam seu concutiat dirum Bellona flagellum,  
Pro patria pugnat mœnibus atq, focis.  
Eripit ex letho socios, dulcesq, parentes;  
Defenditq, sui pignora chara thori.  
Sive salutifero Pax terram irrorat amictu:  
Civibus apportat commoda mille suis.  
Subdola seu ridet blanda pellacia sortis,  
Non velis passis provehitur rapidus.  
Sive etiam immittat Sævas furibunda procellas:  
Haud trepidus subito littora iniqua premit.  
Sed vultum immotus servat constanter eundem;  
Temperat arbitrio fata regitq, suo.  
Maeste igitur NICOLAE, tuis qui fortibus ausis  
Propugnas fortis fortia facta viri!  
Gnavus Aristotelis sic dêim eps verte pagellas,  
Sic cresce in laudes patris aviq, tui.  
Mox referes dignum (noli dubitare) brabœum  
Mox capiti herebit digna corona tuo.

ULB Halle  
004 486 080

3



KOM






Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

Farbkarte #13

B.I.G.



ETHICA.  
ITVDI-  
MORALI EX  
NICOMACHIO-  
tio desumta  
1596, 3.  
E NUMINE  
olissimi Collegij Phi-  
argentoratensium  
IDIO  
KFSI SVL  
ILESII.  
m  
utandum proposuit  
RKOVSKI  
lis Polonus.  
M. D. XCVI.  
RATI  
ademia Typographi.

